



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Trebellii Pollionis Valerianvs Pater Et Filivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**



TREBELLII POLLIONIS  
**VALERIANVS PATER**  
 ET FILIVS.



VALERIANVS imperator nobilis genere, patre Valerio CENS. antea, & per dignitatum omnes gradus suis temporibus ad maximū in terris culmen ascendens: cuius per annos LXX in uita laudabilis in eā conscenderat gloriam, ut per omnes honores, & magistratus insigniter gestos, imperator fieret: non, ut solet, tumultuario populi concursu, nō militum strepitu, sed iure meritorū, & quasi ex totius orbis una sententia. Deniq; si data esset omnibus potestas p mendi arbitrij, quem imperatorem uellent, alter non esset electus. Et ut sciatur quanta uis in Valeriano meritorū fuerit publicorū, ponam senatuscōsulta, quibus animaduertant omnes, quid de illo semper amplissimus ordo iudicauerit. Duobus Decijs COSS. VI Calen. Nouemb. die cum ob imperatorias literas in æde Castorum senatus haberetur, ireturq; per sententias singulorum, cui deberet censura deferri (Nam id Decij posuerāt in senatus amplissimi potestate) ubi primū prætor edixit: Quid uobis uideatur Patres conscripti de censore diligendo, atq; eum, qui erat princeps: cum senatus sententiam rogasset absente Valeriano (nam ille in procinctu suo cum Decio tunc agebat) omnes una uoce dixerunt, interrupto more dicendæ sententiæ: Valeriani uita censura est. Ille de omnibus iudicet, qui est omnibus melior. Ille de senatu iudicet, qui nullum habet crimen. Ille de uita nostra sententiā ferat, cui nihil potest obijci. Valerianus à prima pueritia CENS. fuit. Valerianus in tota uita sua fuit censor. Prudēs senator, modestus senator, grauis senator. Amicus bonorū, inimicus tyrānorū: hostis criminū, hostis uitiorū: hunc censorē omnes accipimus, hūc imitari oēs uolumus. Primus genere, nobilis sanguine, emēdatus uita, doctrina clarus, morib<sup>9</sup> singularis, exemplū antiquitatis. Quæ cū essent sapius dicta, addiderūt omnes, atq; ita discessum est. Hoc senatusconsultū ubi Decius accepit, omnes aulicos conuocauit, ipsum etiā Valerianū præcepit rogari: atq; in conuentu summorū uiro rum, tanto senatusconsulto, Felicē te, inquit, Valerianū senatus sententia, imo animis, atq; pectoribus totius orbis humani suscipe censuram, quā tibi detulit Romana Resp. quā solus mereris iudicaturus de moribus nostris. Tu æstima bis qui

» bis qui manere in curia debeant, tu equestrem ordinem in antiquū statum redi  
 » ges, tu censibus modum pones, tu uectigalia firmabis, diuides statum, res publi  
 » cas recensabis, tibi legum scribendarū autoritas dabitur, tibi de ordinibus mul  
 » tum iudicandū est, tu arma respicies: tu de nostro palatio, tu de iudicibus, tu de  
 » præfectis eminentissimis iudicabis. Excepto deniq; præfecto urbis Romæ, exce- Qui exēpti  
a censura.  
 » ptis COSS. ordinarijs, & sacrorū rege, ac maxima uirgine Vestaliū, si tamen in-  
 » corrupta permanebit, de omnibus sententijs feres. Laborabunt autē etiam illi,  
 » ut tibi placeant, de quibus nō potes iudicare. Hæc Decius. Sed Valerio senten  
 » tia huiusmodi fuit. Quæso sanctissime imperator, ne ad hanc me necessitatē  
 » alliges, ut ego iudicem de populo, de militibus, de senatu, de omni penitus orbe  
 » iudicibus, & tribunis, ac ducibus. Hæc sunt propter quæ Augustum nomē tene  
 » tis, apud uos censura defedit, nō potest hoc implere priuatus. Veniā igitur eius  
 » honoris peto, cui uita impar est confidenda, cui tempora sic repugnant, ut cen-  
 » suram hominū natura nō quærat. Poteram multa & alia senatusconsulta, & iu-  
 » dicia principum de Valeriano proferre, nisi ea uobis pleriq; nota essent, ut pu-  
 » deret altius uirum extollere, qui fatali quadam necessitate superatus est. Victus  
 » est enim à Sapore rege Persarum, dum ductu cuiusdam sui ducis, cui summam  
 » omniū bellicarū rerum agendarum cōmiserat: seu fraude, seu aduersa fortuna  
 » in ea esset loca deductus, ubi nec uigor, nec disciplina militaris quin caperetur,  
 » quicq; ualere potuit. Captus igitur, in ditionem Saporis peruenit: quē cum glo-  
 » riosæ uictoriæ successu minus honorifice, quàm deceret, superbo, & elato animo  
 » detineret, atq; cum Romanorū rege, ut uili, & abiecto mancipio loqueretur, lite-  
 » ras ab amicis regibus, qui & ei contra Valerianū fauerant, plerasq; missas acce-  
 » pit, quarum seriem Iulius refert. Sapor rex regum Belsolus. Si scirem posse  
 » aliquando Romanos penitus uinci, gauderem tibi de uictoria, quam præfers.  
 » Sed quia uel fato, uel uirtute gens illa plurimū potest: uide ne quod senem im-  
 » peratorem cepisti, & id quidem fraude, male tibi cedat, posterisq; tuis. Cogita  
 » quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, à quibus sæpe uicti sunt. Au-  
 » diuimus certe quod Galli eos uicerint, & ingentem illam ciuitatem incenderint.  
 » Certe Galli Romanis seruiūt. Quid Afri: eos nōne uicerunt: certe seruiunt Ro- Afri interio-  
ribus.  
 » manis: de longioribus exemplis, & fortasse remotiorib; nihil dico. Mithridates  
 » Ponticus totā Asiam tenuit, certe uictus est, certe Asia Romanorū est. Si meū  
 » consiliū requiris, utere occasione pacis, & Valerianū suis redde: ego gratulor  
 » felicitati tuæ, si tamē illa uti tu scias. Valerius rex Cadusiorū sic scripsit. Remis-  
 » sa mihi auxilia integra, & incolumia gratanter accepi: & captum Valerianū prin-  
 » cipem principum nō satis gratulor, magis gratularer si redderetur. Romani em̄  
 » grauiores tunc sunt, quando uincuntur. Age igitur ut prudentē decet, nec fortu-  
 » na te inflāmet, quæ multos decepit. Valerianus & filiū imperatorē habet, & ne-  
 » potem Cæsarem: & quid? Habet & omnē orbem illum Romanū, qui contra te  
 » totus insurget. Redde igitur Valerianū, & fac cum Romanis pacem, nobis etiā  
 » ob gentes Ponticas profuturā. Arthabesdes rex Armeniorū talem ad Saporē  
 » epistolam misit. In partem gloriæ uenio: sed uereor ne nō tam uiceris, quàm

H 2 bella

bella seueris. Valerianū & filius repetet & nepos: sed duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hispania, & omnis Italia, & omnes gētes, quæ sunt in Illyrico, atq; in Oriēte, & in Ponto, quæ cū Romanis cōsentiunt, aut Romanorū sunt. Vnū ergo senem cepisti, & omnes gentes orbis terrarū infestissimas tibi fecisti: fortassis & nobis, qui auxilia misimus, qui uicini sumus, qui semper uobis inter uos pugnantibus laboramus. Bactriani, & Hiberi, & Albani, & Thaurōscythæ Saporis literas nō receperūt: sed ad Romanos duces scripserūt, auxilia pollicētes ad Valerianū de captiuitate liberandū. Sed Valeriano apud Persas cōsenescente, Odenatus Palmyrænus collecto exercitu, rem Romanam propè in pristinū statum reddidit. Cepit regis thesauros, cepit etiā quas thesauris chariores habent reges Parthici, cōcubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor, timore Balistæ, atq; Odenati in regnū suum ocyus se recepit. Atq; hic interim finis belli fuit Persici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano. Nunc ad Valerianū minorem reuertar. Valerianus iunior alia tēp Gallienus matre genitus, forma cōspiciuus, uerecundia probabilis, eruditione pro ætate clarus, moribus periuicundus, atq; à fratris dissolutione seiunctus, à patre absente Cæsar est appellatus, à fratre, ut Celestin<sup>9</sup> dicit, Augustus: nihil habet prædicabile in uita, nisi qd' est nobiliter natus, educatus optime, & miserabiliter interemptus. Et quoniā scio errare plerosq; qui Valeriani imperatoris titulo in sepulchro legētes, illius Valeriani redditū putant corpus, qui à Persis est captus: ne ullus error obrepāt, mittendū in literas censui, hunc Valerianū circa Mediolanū sepultum addito titulo Claudij iussu, VALERIANVS IMPERATOR. Non puto plus aliquid uel de maiore Valeriano, uel de iuniore requirendum. Et quoniā uereor ne modum uoluminis trāseam, si Gallienū Valeriani filium, de quo iam nobis multus sermo fuit: uel Saloninū filium etiā Gallieni, qui & Gallienus dictus est, huic libro adiungam: ad aliud uolumē transeam. Semper enim me uobis dedidi & famæ, cui negare nihil debeo, neq; possum.

## TREBELLII POLLIONIS

## GALLIENI DVO.



APTO VALERIANO (enimvero tūde incipienda est Gallieni uita, nisi ab eo præcipue malo, quo eius uita depressa est?) Nutante Rep. cū Odenatus iam Oriētis cepisset imperiū, & Gallienus comperta patris captiuitate gauderet: uagabātur exercitus, murmurabāt duces, erat ingens omniū mœror, quod imperator Romanus in Perside seruiliter teneret. Gallieno igitur & Volusiano COSS. Macrianus & Balista in unum cōeunt, exercitus reliquias cōuocant: & cum Romanū in Oriente nutaret imperiū, quæ facerent imperatorē requirunt: Gallieno tā negligenter se agente, ut eius ne mentio quidē apud exercitū fieret. Deniq;